

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas num. XLI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1753

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-241482)

Tab. XIX.

De *Fortuna* simulacro ut non nihil dicamus, pertinent huc PACUVII apud auctorem Rhetoric. ad HERENNIUM (a) versus:

FORTUNAM *insanam esse*, & *cecā*

& *brutam perhibent Philo-
sophi*;

*Saxoque instare illam globoso
prædicant volubilem.*

*Quia quo Saxum impulerit Fors,
eo cadere FORTUNAM autu-
mant.*

In nummis veterum Romanorum FORTUNA non quidem globo insistent depingitur, nec etiam velum supra caput expandens: sed altera manu cornucopiæ, altera vero gubernaculum navis, globo impositum, tenens, satis frequenter exhibetur. Hic tamen FORTUNAM æque representari, cum ex epigraphe, tum ex globo, cui insistit, intelligitur; id quod etiam de nummo sequenti dicendum: licet, quod figura illa fronte capillata sit, OCCASIONEM magis quam FORTUNAM denotare videatur, secundum illud CATONIS in distichis:

*Rem tibi, quam nosces aptam,
dimittere noli:*

*Fronte CAPILLATA est, posthac
OCCASIO CALVA.*

Sic nempe depingebant veteres; adsignificantes prehendi posse, cum præsto; cum vero elapsa tergum vertit, reprehendi haud posse.

Sive autem FORTUNA sive OCCASIO, sive denique utraque subintelligatur: sensu certe

TOM. II. P. II.

(a) Lib. II. cap. 23.

facratori, ut Christianum Principem decet, omnia hic accipienda sunt: ita quidem, ut FORTUNA hic non pro cæca illa Æthnicorum dea, seu subito, nec opinato rerum eventu, sed latiori sensu, & si lubet, pro Divina providentia accipienda sit, quæ adiuvere solet eos, qui fiduciam in eam collocant. Audax enim etiam pro eo, ac fidens accipitur. M. Imp. ar. susp. pond. 2. dr.

II.

CAROLVS. ARCHIDVX. AVSTRIÆ. Protome CAROLI armata, capite nudo, accisis crinibus, ad lævam converso.

Aversa præcedenti fere similis: nisi quod e longinquo non domus & arbores, sed quasi castrum & mœnia appareant. FORTUNA quoque nuda & alata (ad indicandam nempe eius volubilitatem) a vento impetitur.

Qua occasione hic symbolum suum repeti voluerit Princeps, incertum est. Nec aliud sane securius statui poterit, quam nummum, qui nobis in auro solummodo occurrit, pro honorario adhibitum fuisse; quo nimirum Archidux bene meritos remuneraret. M. D. de FRANCE an. 2½. duc. & in M. S. B. eiusdem ponderis & metalli.

III.

Antica cum præcedenti ferme convenit: in fine tamen epigraphes numerus anni 1567. adiicitur.

In postica *Fortuna* seu *Occasionis*, ut ad num. I. diximus,

T 2

simu-

CARO-
LUS AR-
CHIDUX.

simulacrum, expandens ante se velum, ac duobus delphinis insistens, in medio mari a vento promovetur: addito sueto *Virgiliano* hemistichio: AVDA-
CES FORTVNA IVVAT.

Anno in adversa notato, visum erat Cæsari, fratrem suum CAROLUM ob varias causas publicas, quas inter erat: res Belgicas componere, ad PHILIPPUM Regem in Hispaniam mittere. Profectio hæc infrequenti primum anno ab Archiduce suscepta fuit; unde colligimus, nummum hunc cum sueto CAROLI symbolo, ea occasione velut in antecessum signatum fuisse (a). *V.L. tom. I. p. 126.*

IV.

CAROLVS. D. ei G. ratia ARCHIDVX. AVSTRIÆ. ZC et cetera. Quinque parmulae umbonem implent: ex vero ita sunt dispositae: in medio comparet scutum *Austriae*, pileo Archiducali tectum, partim supra & partim infra legitur æra Christiana 1569. A dextris scutum *Styriae*, a sinistris *Carinthiae*, in linea inferiori dextra scutum *Carniola*, sinistra *Goritia*: singula scuta, hoc posteriori solo excepto, Principum pileis sunt tecta.

Aversa cum num. II. fere in omnibus convenit.

Quatuor hæc scuta parmulam *Austriacam* circumdantia, totidem provinciarum sunt, quibus CAROLUS, dum viveret, imperitabat. Eas vero cum iam anno 1569. adiret,

(a) LETI la vie de PHILIPPE II, T. III. p. 343. & 353. seqq.

consequens est, ut nummus ^{Tab. XIX.} alia occasione, quam forte præstiti homagii, signatus sit; nimirum, nisi vehementer fallimur, a dictis provinciis oblatum fuit, cum Archidux ex itinere Hispanico feliciter ad suos rediit. *M. S. I. Vindob. e.*

V.

Adversa num. II. ferme respondet, imagine tamen dextrorsum locata, scribiturque ARCH. DVX PRO ARCHIDVX.

Aversa alteri, num. I. exhibitæ, ex asse respondet, cum hoc discrimine, quod figuræ inverso ordine collocatæ sint: quem errorem in LUCKIO, ex quo præsens numisma desumptum fuit, frequentissime occurrere, sæpius animadvertimus. Idem auctor nummum hunc signatum esse coniicit anno 1566. quo CAROLUS in Pannonia expeditioni contra Turcas interfuit: quod quidem suo loco relinquimus.

Quod si tamen ob gesta quædam bellica prodiisset, maiori certe iure ad annum 1584. quo idem Princeps per *Iosephum TURRIANUM* Turcas, ditiones suas invadentes, cæsis ad *Sirvinam* quatuor millibus virorum, fudit fugavitque, (b) referendus fuisset; cum oris habitus, in adversa expressus, cum proxime antecedentibus collatus, summopere suadeat, illum ad recentiora, nobisque viciniora tempora pertinere. LUCK. p. 220.

Num-

(b) Vid. ISTHVANFF. lib. XXV. pag. 343. & KHEVENHILL. ad h. a. col. 328.

Tab. XIX.

NUMMI ICONICI.

VI.

CAROLVS ARCHIDVX AVSTRIÆ. 1569. Protome Archiducis in toga & pallio, cum crispo collari, capite nudo, acicis crinibus, ad lævam converso.

Incidit hæc æra iterum in reditum CAROLI ex Hispania; unde coniectura esse posset, numisma eadem occasione fuisse conflatum: sed pallium, ab Hispanis tantopere frequentatum, in caussa est, ut eundem Archiducis, adhuc in Hispania versantis, honoribus consecratum fuisse censeamus.

Numisma ab initio unilaterale fuisse, archetypon, in gazis aulae Vindobonensis, assertivatum suadet: eidem tamen HERÆUS in suis tabulis sequens numisma ovatum, sed orbe, quo illud alteri æquaret, circumdatum, adiunxit, ut conubii duntaxat nexum, qui anno demum 1571. secutus est, indicaret. *M. Imp. ar. pond. 1. unc. M. S. B. ar. deaur.*

VII.

† MARIA. ARCHIDUCISSA AVSTRIÆ DVC. ISSA BAV. ARIE MVLTA. ET REGIA. PROLE. RARA. MATER. PIA. FOELIX. Protome MARIE adversa fronte, cum lato & crispo collari, nec non calantica, cuius turbo fascia cinctus est, in capite.

Laudatur hic MARIA, ALBERTI V. Bavaricæ Ducis filia, quam CAROLUS anno 1571. uxorem duxit, a numerosa sobole, eidem genita; utpote quorum numerus ad quindecim af-

cendit, de quibus plerisque nos CAROLUS ARCHIDUX. postea acturi sumus. *T. H.*

VIII.

Adversa pars num. II. respondet. Postica incisa est, non cusa. Conspicitur in illa avis in fronde, seu intra lauream: quæ pro ornatu habemus potius, quam pro emblematica aut certa significatione. *M. Imp. ar. pond. 1. dr.*

IX.

CAROLVS. D. EI G. RATIA ARCHIDVX. AVSTRIÆ. ETC. *etera.* Protome Archiducis armata, fere ut num. III. sed hic aureo vellere conspicuus est, quod in præcedentibus nusquam apparet: nisi quod num. V. tænia a collo dependeat, ea ratione, ac si vellus ipsum sub paludamento, ad pectus reducto, lateret. Postica deest. *M. Imp. ar. pond. 1. unc. Item ibid. ar. pariter sine averfa.*

UNCIALIS.

X.

CAROLVS: D: EI G: RATIA ARCHIDVX. AVSTRIÆ. Imago Principis cataphracta, ad crura usque. Dextra sceptrum tenet, in humerum reclinatum dextrum, sinistra capulum gladii bellatoris, cum pileo Archiducali in capite, ad lævam converso.

In averfa continuatur titulus: ET: CARINTHIÆ. Z. C. (*et cetera*) 1580. Scutum quadripartitum: primus quadrans tæ-nias *Hungaricas*, secundus leonem *Bohemicum* exhibet: tertius quadrans ex repetitis *Castella & Arragonia* symbolis quadri-

T 3

parti-

CARO-
LUS AR-
CHIDUX.

partitus est, eodemque modo quartus tesseras *Austriacas* & *Burgundicas*, sibi quadrifariam oppositas habet. Toti vero incumbit parmula *Carinthiae*; cuius Ducatus etiam inter titulos CAROLI expressa fit mentio. Quatuor porro maioris scuti latera totidem minores parmulae claudunt: quarum suprema fasciam *Austriacam* refert: illa, quae ad dextram posita est, *Styriam* designat: quae sinistram occupat, aquilam *Tyrolensem* complectitur: & infima denique leonem *Goritiensem* continet.

Hæc quatuor scuta ideo seorsim expressa & velut in illustrata videntur; quod earundem provinciarum tesseras referant, quarum regimen Archidux iam anno 1569. ut diximus, adiit, excepto quod tessera *Carinthiae*, cui provinciae nummus ortum suum debet, in medium scutum, locum videlicet honorabiliorem, recepta sit. Deinde tessera *Austriaca* ut Archiduci competit. De titulo denique *Archiducis Carinthiae* alibi actum est. MELL. p. 162.

Hunc unicum CAROLI nummum uncialem, ex MELLENIUS desumptum, in medium proferre possumus: cum contra BANAGIA in catalogo MS. nummophylacii Archiducalis mentionem ingerit de floreno CAROLI, quem hunc fere in modum describit: „CAROLVS D. G. „ARCHIDVX AVST. Caput CA- „ROLI *Styrensis*. DVX BVRG. STY- „RIÆ. 1589. Insignia.

Alius uncialis de anno 1574. producit in *Observationibus*

Hamburgensibus ad an. 1702. Tab. XIX. p. 225. Eius antica cum hoc *Melleniano* fere convenit: in postica autem panthera *Styria* repræsentatur, cum continuatione tituli: DVX. BVRGVNDIÆ. STYRIÆ. Z C. 1574.

MONETÆ.

XI.

CAROLVS. DEI. G. *ratia* ARCHIDVX: AVSTRIÆ. ET. CARINTHIÆ. Z C. (*et cetera*). 1567. Hæc utriusque partis epigraphæ.

Archidux in pedes erectus, toto corpore cataphractus, barbatus, cum pileo Archiducali in capite, adversa fronte stans: dextra sceptrum, in lilium desinens, tenet: sinistra gladium demittit.

Aversa clypeum *Carinthiae* pileo Ducali opertum sistit. *M. Imp. au. 1. duc.*

XII.

Utraque huius nummi pagina ex amussi convenit cum unciali, paullo superius num. x. exposito: nisi quod hic minoris moduli, & ex auro insuper conflatus, numerum anni 1572. præferat. *M. Imp. au. 3. duc.*

XIII.

Ambæ denuo facies num. xi. respondent. Epocha duntaxat differt, quæ hic duobus tantum numeris expressa, annum 1576. notat. *M. S. B. aur. 1. duc.*

Meminit BANAGIA alterius monetæ, insequenti anno 1577. signatæ, quæ ad manus nostras non pervenit, eamque ita describit: „INSIGNIA. DVCATVS. „STYRIÆ. Panthera. „

In

Tab. XIX.

„ In averſa hæc inſcriptio :
 „ EX. BELLO. PAX. EX. PACE.
 „ VBERTAS. Mulier ſtans, dex-
 „ tra gladium, ſiniſtra cornu-
 „ copiæ tenens.

ex dicta tamen teſſera non ob-
 ſcure intelligitur ſupplendum ef-
 ſe *Styria*, ubi & littera *z* et ce-
 tera interpretanda. *M. Imp. ar.*

CAROLVS AR-
 CHIDUX.

XIV.

CAROLVS. D. ei G. ratia AR-
 CHIDVX AVSTRIÆ. DVX. BVR-
 GV. ndia STYRIÆ. Hæc utrius-
 que partis epigraphe.

Adverſa imaginem Archi-
 ducis ut num. x. ſiſtit, adiecta
 in imo nota valoris 3. Averſa
 ternionem ſcutorum complecti-
 tur, *Austria*, *Burgundia* &
Styria (in qua ultima provincia
 groſſum hunc cuſum fuiſſe ex
 titulo intelligimus) teſſeras re-
 ferentium. Eadem totidem igni-
 tabulis & flammis, ex torque
 aurei velleris deſumptis, inter-
 ſtincta ſunt.

In recens apertis *Groſſorum*
 ſcriniis depingitur groſſus alius
 a (a), cuius adverſa cum præce-
 denti convenit, epigraphe vero
 hæc eſt : CAROLVS. D: G: AR-
 CHID. AVSTR. Averſa autem
 ſcutum *Carinthiacum*, pileo Ar-
 chiducali tectum, ut numero
 præcedenti, refert : niſi quod
 illud cruci impoſitum ſit. Ad-
 ditur continuatio tituli: ET CA-
 RIN ZC 1590.

XV.

Adverſa præcedenti fere re-
 ſpondet, omiſſo nimirum nu-
 mero ternario. Poſtica ſcutum
 oſtendit, panthera *Styria* exara-
 tum, & corona aut galero Ar-
 chiducali tectum. Inferius nu-
 merus 2. nota valoris, additur.
 Epigraphe nonnihil detrита eſt :

MONITUM.

Inter quindecim liberos CARO-
 LI *Styrenſis*, ex ANNA *Bavara*
 ſuſceptos, duodecim omnino
 adultam ætatem attigerunt. Ex
 iis quatuor filii ſunt, filia octo.
 Harum nummos prioribus ideo
 præmittimus, ut filiorum dein-
 de ſucceſſionem ordine conti-
 nuo, eoque accomodatori ex-
 hibere poſſimus. Eandem ob
 rationem FERDINANDI II. CARO-
 LO *Styrenſi* primo loco nati,
 nummos, poſt LEOPOLDI V. po-
 ſteros exhibemus; cum huius pro-
 pago in FERDINANDO CAROLO
 & SIGISMUNDO FRANCISCO ex-
 tincta ſit : illius contra poſteri-
 tas ad noſtra uſque tempora
 tranſmiſſa, in Auguſtiſſima Do-
 mina noſtra hodie dum perduret.
 Neque tamen ſingulorum libe-
 rorum CAROLI nummi hic ex-
 ſpectandi ſunt; cum nonnulli
 eiſmodi monumentis aut hono-
 rati nunquam fuerint, aut no-
 bis, qualibet licet adhibita dili-
 gentia, nondum in manus perve-
 nerint. Ex eo numero ſunt in-
 primis CATHARINA RENATA,
 quæ anno ætatis XIX. & GRE-
 GORIA MAXIMILIANA, quæ PHI-
 LIPPO III. Regi *Hiſpaniæ* de-
 ſponſata, pariter in flore ætatis,
 ac denique ELEONORA, quæ
 Virgo Deo ſacrata, in monaſte-
 rio obiit. MAXIMILIANI ER-
 NESTI nummum adhuc nullum
 vidimus: at MARGARETHÆ plu-
 res dedimus in PHILIPPO III. Re-
 ge

(a) Locul. I. tab. VII. n. 63. p. 116.

CAROLUS AR-
GIDUX, ge Hispaniarum. Ceterorum *nummis*: quanquam hi ut plu-^{Tab. XIX.}
nummos modo ordine damus, rimum, uti nihil est ex omni
præmissio cuique pro instituti no- parte beatum perfectumque,
stri ratione *breviario vita ex* parum huc faciant.

CAROLI STYRENSIS PROLES.

BREVIARIUM VITÆ
ANNÆ, Mariæ CHRISTINÆ, CONSTANTIÆ,
ET
Mariæ MAGDALENÆ.
EX NUMMIS.

CAROLI
STYREN-
SIS PRO-
LES.
Tab. XX.
A NNA CAROLO *Styrensi* Græcii die XVI. Aug. 1573. secun-^{Tab. XX.}
do loco nata, nupta fuit anno 1592. (1.) SIGISMUNDO III.
Poloniæ & Sueciæ Regi (2.). Hæc ab insigni pietate
prolixè laudatur. Obiit die x. Febr. 1598. postquam Regi præ-
ter quatuor alios liberos, in tenera ætate extinctos, ULADISLA-
UM, qui patris postea thronum conscendit, genuisset.

MARIA CHRISTINA, seu CHRISTIERNNA, in vitam venit
die x. Novembr. 1574. Tum SIGISMUNDO BATHORIO (3.)
Transilvaniæ Principi anno 1595. nuptui data, acceptam post an-
nos tres repudii iniuriam insigni constantia atque animo vere Christia-
no perferens, reliqua vita in Monasterio Regio Hallæ, in Tyroli, san-
ctè peracta, anno demum 1621. die VI. Aprilis cœlos petiit.

CONSTANTIA die XXIV. Decembris anno 1588. genita,
laudato SIGISMUNDO Poloniæ Regi, post sororis obitum, in ma-
trimonium elocata (4.) eidem quatuor filios filiamque cum pe-
perisset, mortalitatem anno 1631. die x. Iulii exiit: fœmina
cum vario virtutum genere, tum operibus misericordiæ inclita.

MARIA MAGDALENA CAROLI, *Styrensis* filia octava &
ultima, vitam hanc anno 1589. die VII. Octobris Græcii adiit.
Hæc COSMO II. *Magno Etruriæ Duci* (5. 6.) anno 1608. mense
Octobri iuncta, filiorum quinque, duarumque filiarum mater ef-
fecta est. Duce præmatura morte anno 1621. vivis erepto,
MAGDALENA statum viduitatis IMMOTA MENTE perferens (8.),
filiique FERDINANDI II. TUTRIX constituta (7.), incredibile est,
quanta prudentia, quantoque populi favore, munere suo perfun-
cta fuerit. Denique dum anno 1631. ad FERDINANDUM II. fra-
trem invisere cogitat, in itinere constituta, Passavii vitam finiens,
ad cœlos evolavit (9.): *Vid. plura apud GANSIUM in Gynæceo,*
& KHEVENHILLER, *locis sapius citatis.*

ANNÆ